



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XCIII. Sancti Ioannis Collegivm cathedrale Siluiducense seu  
Buscoducense in Brabantia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

olim fuit in quo postea quatuor Canonici à Parocho vicini pagi Terheidem nūcupati, sunt primitus collocati.

Auxit postea hanc fundationem N. ex familia Nassouiorum ad numerum XIII. præbēdarum. Quo fit ut hodieque earum collatio spectet ad Orsingiæ Principem, gentis Nasouiae.

## CAPUT XCIII.

SANCTI IOANNIS COLLEGIVM  
cathedrale Siluiducense seu Buscoducense in  
Brabantia.

**C**AMPINTIA siue Campania Brabantiae prouincia, ad septentrionem Mosa flumine ac Hollādiæ finibus clauditur. Silua-ducis siue Boscum, primarium regionis opidum veteribus *Orten* fuit. Exstat diploma quorundam priuilegiorum à Philippo Imperatore Henrico Duci datorum quæ hoc nomine appellant. *homines quoque*, inquit, *civitatum Ducis*, videlicet *Orten*, quæ nunc *silua* dicitur, & *Tyele*, per totum Imperium in exactione telonij eandem habebunt iustitiam & libertatem, quam habuerunt temporibus patris & fratris nostri. Acta fuere hæc, anno 1204. Ita Diuæus libro primo Kerū Branticarum capite nono.

Annus fundationis opidi Siluidencensis his verbis comprehenditur: *Godefridus Dux ex silua fecit opidum.*

Idem

Item Dux habetur primus auctor ac dotor Collegij Canonicorum Siluiduentium, quod primitus nonnisi collegium Capellano- rum fuit, postea Canonicorum, & nunc ca- thedrale; idque beneficio Pauli III. Papæ, anno 1559.

## C A P V T X C I V .

DIOECESIS SILVIDVCENSIS COL-  
legia partim in Brabantia, partim in  
Geldria.

**S**Iluidencis diœcesis opida sunt ista: Sil- uaducis, Helmonda, Dindouia, Seuen- berga, Huesdenum, VVoicomium, Mons S. Gertrudis, Rauesthenium. Item munici- pia sunt ista, Megenum, Ossa, Roda S. Odæ, Oisteruicus, Boxtelia, Oirschotum, Hiluari- beca.

Collegia porro sunt ista in diœcesi Silui- dencensi.

- S. Ioannis Cathedrale Siluidencense.
- S. Martini Bomiliense, in oppido & insula Bomelia.
- S. Petri, Hiluaribecanum, in Campinia.
- S. Petri Oorschotanum, in Campinia.
- S. Odæ Rodanum, in Campinia.
- S. Catharinæ Eindouiense, in Campinia.
- S. Elisabethæ in opido montis S. Gertrudis.
- S. Catharinæ, Huldense, in opido Huesdensi.
- S. Petri, Boxtellense in Campinia.

S. Martini